



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

5. Gladij, & fustes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

profusus, ut in terram decurrat, mare illud est rubrum, in quo infernalis demersus est Pharaon? Tu peccatorum Aegyptios jam demersos rursum ad vitam revocabis?

D. Laur. Inſt.  
de triumpho  
Christi ago-  
m. c. 6.

Verum accedite interim huc in spiritu omnes vos, qui pietatis viscera gustastis, & qui de Domino sentitis in bonitate, atque in simplicitate cordis quæritis illum. Sic de votissime Justinianus. Accedite, inquam, & quale vobis coram positum sit compassionis incentivum, attentissime considerate. Redemptorem vestrum, Regemque celorum orantem, pavorem, agonizantem, sanguine sudantem mentis oculo contemplamini, non tam sine profluvio lacrymarum. Quomodo, oro, lacrymas continere valebitis, aspicientes piissimi Domini guttas sanguinis decurrentes in terram? Cernite diligenter Dominum Iesum, totius sanctitatis fontem, pallentem facie, genibus flexum, trementem corpore, corde vero mortore transfixum, vultu rubricatum sudore sanguineo, & juxta Angelum eundem adhortantem. Compatimini, gemite, flete, ululate. Quanta lateat in corde tristitia, ex vultus madefactione cognoscite, quam intolerabilis futura sit passio, ex sudoris qualitate colligite. Porro si ex sola passionis consideratione illius penè defecit vita, quid in ipso Crucis ager supplicio? Si in certamiois sui initio tantum prævaleret mortor: alapa, convitia, flagella, acerum, fel, arundo, spuma, clavi, lancea quantum actura sint, qui potest, excogitet. Plorate itaque, & mente proprius accedendo, mortenti conformamini, atque juxta cordis vestri prudentiam consolatoria verba proferte: quia maximum eloqua pia, & lacrymosa compassio afflito præstant solatium.

E Expedite, dilecta animæ, ex qualitate, & quantitate sudoris, maximas sponsi vestri angustias, sine quibus neque sanguis sudore emittit, neque copia tanta, ut terram rigaret, defluere posuisset. Expedite, quod singulis ex artibus sanguis emanavit, ut singula Ecclesiæ membra Christi mortem desleant, ut profectæ quæcumque guttam aliquam sanguinis illius ad abluenda peccata sibi colligant,

Aut dignoscant, quam liberaliter per tot fontes, quot membra habebat, Sanguinem illis suum propinet. Expendite, quod Sanguis in subjectam terram profluxerit, ad noxas auferendas hominum, terrenis studiis capiuntur. Demum quod decurserint in humum guttaræ, quo scilicet intellegatis, accelerandum vobis esse, si Sanguiueus currit. Unde nisi in hac vita scaturientem illius Sanguinem hauriat, & recondatis, post mortem utique defluxerit, ut nihil vobis ex eo superstet.

## GLADII, ET FVSTES.

## PVNCTVM V.

Turba multa cum gladiis, & fustibus, laternis, & facibus, & armis: Matth. 26.

Ioan. 18.

C Onjuratio, conjuratio. Inventa est enim in viris Iuda Pagin. In viro Iuda. Chaldaeus: Inventa est rebellio in viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem. Fuge, dilecte mi, & assimilare caprae, binnuloque cervorum super montes aromatum. Fuge, heu! fuge: quia non in regale solium, ut olim Septennis Joas, sed in patibulum, sed infamem in crucem evehetis.

A Athalia illa vox est, & Athalia sonat horam, vel tempus Domino, & tempus illius advenit: Et hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

E Jam ex nunc mysticus hic caper emissus est in solitudinem, id est in sinum Patris: quia juxta Glossam, in celum Divinitas tempore passionis abiisse dicitur, non locum mutans, sed quodammodo virtutem cohibens, ut possint impi consummare passionem. Quod enim diffugiat cubans in amoris animatum nostratum meridicquo diffugiat, qui nunquam fugit, nisi ubi venerunt ad eum, ut raperent, Ioan. 6. & facerent eum Regem? Quod abeat divinus Samson undique circumligatus?

Fugit Adam primus, & se se abscondit in horto: at non fugit secundus, sed ob viam perrexit armatis.

Zzz 3. 112.

4. Reg. II.  
Ier. VI.  
Cant. 8.

Hebr.  
Math. 26.  
Lev. 16.  
Gloss. ibid.  
Christi divi-  
nitatis tempore  
passionis ejus  
velut in celum  
abiit.

Gladii & Fustes.

Ut equus ille generosus, de quo Job: A. Et movebo candelabrum tuum de loco suo.  
Exultat audacter, contemnit pavorem, nec  
cedit gladio.

Iob. 39.  
Iob. 31.

Greg. 22.  
Mor. 12.

Psal. 17.

Et idem suprà: Si expavisi ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me; & non magis tachi, nec egressus sum ostium. Ubi pulchritè Gregorius: Ipse ad multitudinem nimiam non expavit, qui persecutores suos cum gladiis, & fustibus venientes, unā tanum reffonsione percutiit dicens: Ego sum. Ipsum despectio propinquorum non terruit, qui nos ab eternis suppliciis liberans, palmas in facie & quanmititer accepit. Ipse tacuit, & ostium egressus non est, qui sub ipsa hora passionis, cum humanitatis infirma patetetur. Divinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe Dei, & hominum quasi regredi ostium suisset, sic cum teneretur ut homo, manifestat sua potentiam voluisse offendere, & per Divinitatis magnitudinem suscepit a carnis infirma transire.

Non ergo pavens egreditur ostium, nec horti hujus septa, sed fortiter expectat cum gladiis, & fustibus venientes, ut propterea dicat: Dolores Inferni circumdeuerunt me, praeoccupaverunt me laquei mortis; aut Chaldaicè: Cohors iniquorum circumdeuit me, prævenerunt me armati armis interitus.

Sed, heu! heu! quid tibi, mitissime Iesu, cum gladio, qui facis utraque unum, Cic. in 3. Phil. qui solus pax nostræ? Quid tibi cum lignis, & fustibus? Quid, inquam, hic forte illud Romanorum fustuarium, quo latrones, proditores ætatis flore abutentes, & qui se Deo plenos insimularent, plectebantur? O quam jure ò quam meritò expostulans dixisti: Tantum ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me; non enim aliud furaris, nisi corda: nemini unquam proditor, nec B. ipso proditori: qui ætatis flore non abutens, nisi pro ingratiss mori, censeatur abusus, qui Deo plenus es, unigenitus universum à Patre, plenus gratia, & veritatis.

Nec cum gladiis, & fustibus tantum, sed & cum laternis, & facibus ad quærendum justitiae Solem cœci veniunt. O vere noctuæ, quæ palpant tenebras in metidie! Nunc nisi fallor, intelligo illud:

Cæca nimis Jerusalem, amissâ fide, Apoc. 22. faces præfert, & lucernas, non quibus Inde quam lumen veritatis videat, sed in quibus eam cum laternis, Dominus perscrutetur, ingrata scilicet, & facibus ruerunt in immemorique accepti olim per Gedonem beneficij lagenas portat, ac lampades secum contra Dominum accendit. Candelabrum nimis templi, ejusque lucernæ, & Judæi, vobis jam penitus extinxerunt, id est que tam male, ac turpiter impinguntur.

Sie præclarè Cyrus: Timebant forsan, dum faces præferebant, ne, ut in tenebris fieri solet, aut in foveas caderent,

aut pedes lapidibus offendenter. Nec videbant, se in lapide illidere, de quo à Deo Patre dicitur: Ecceponam in Sion lapidem Isa. 28. offensionis, & petram scandali. Et parvam Veritatem in foveam formidantes, in profundum veam caderet, abyssi delapsi sunt: & illius noctis tenebras depellentes, de noctis perpetuæ tenebris minimè curant. Non enim possunt, qui naturali lumini, id est, Christo insidiati sunt, nisi eternas tenebras habitare, ubi suæ impietatis amaris nimis universi roquebuntur.

Miseri, qui nunc tenebras diligunt: Beda in Cat. èntentes in tenebras, nesciunt, ubi corrunt. Sed hac est hora vestra, & potestas D. tenebrarum, quasi diceret (inquit in Christi persona Beda) Ideò adversum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra, quæ sic contra lucem mundi ar. mamini, in tenebris est.

Cave, cave, anima, ne ad miseram hanc cæcitatem devenias, nœve de hujusmodi lampadarum vitreo quodam splendore, hoc est, de quadam mortuâ, ac penè dixerim, extiœ fide cum his tibi misericordiæ blandiaris. Ambula, dum lucem habes, ne tenebræ te comprehendant, & ne quæras dilectum in nocte, & non invenias.

JUDÆ